



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

306. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

*Ex eadem, cap.*

Nullus penitens audiatur qui unius causæ propositionem apud duos iudices partiri voluerit.

Interpret. l. 2.  
Cod. Theod.  
De iudiciis.

De eadem re. *Ex Capitularibus.*

CCC V. Ut nemo Episcoporum hominem peccantem ab Ecclesia & Christiana religione vel communione alienet donec illum ut secundum evangelicum præceptum ad emendationem & pœnitentiam redeat communitum habeat. Quod si incorrigibilis permanferit, regiæ potestati Episcopus notum faciat, ut constringatur. Quod si nec sic correxerit, tunc secundum leges canonicas à communione ecclesiastica segregetur.

Capitula Karoli Calvi tit. 26. c. 6.

De eadem re. *In synodo Meldensi*  
*cap. LV.*

CCC VI. Ut nemo Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communione priuet ecclesiastica. Anathema autem sine consensu Archiepiscopi aut cœpiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nullum ponat, nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema æternæ est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non poterit corrigi.

Concil. Meld. c. 56.  
Burchard. lib. 11. c. 10.

§ † §

X iiij